Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

ostendendo baptizando clamauerat. R. Ecce apparebit
dominus et non mentietur si moram fecerit expecta eum
quia ueniet et non tardabit. V. Ecce dominus noster cum uirtute
ueniet et inluminat oculos seruorum suorum. Si moram fecerit.

Sed hec citius questio soluitur: si geste rei tempus et ordo pensetur: Ad iordanis enim fluenta positus. quia ipse redemptor mundi esset asseruit. missus uero in carcere an ipse ueniat requirit. non quia ipsum esse mundi redemptorem dubitet. sed querit ut sciat si is qui per se in mundo uenerat per se etiam ad inferni claustra descendat. R. Veni domine et noli tardare relaxa facinora plebi tue et reuoca dispersos in terram suam. V. A solis ortu et occasu ab aquilone et mari. Et reuoca. Quem enim precurrens mundo nunciauerat. hunc moriendo et ad inferos precurrebat. Ait ergo. Tu es qui uenturus es. an alium expectamus. ac si aperte dicat. Sicut pro hominibus nasci dignatus es. an etiam pro hominibus mori digneris insinua. ut qui natiuitatis tue precursor extiti. mortis etiam precursor fiam. et uenturum inferno te nunciem. quem iam uenisse mundo enuntiaui. R. Ecce radix iesse ascendet in salutem populorum ipsum gentes deprecabuntur et erit nomen eius gloriosum. V. Deus a libano ueniet et sanctus de monte umbroso et condenso. Et erit. Unde et inquisitus dominus enumeratis potentie sue miraculis de mortis sue protinus humilitate respondit dicens. Ceci uident. claudi ambulant. leprosi mundantur. surdi audiunt. mortui resurgunt. pauperes euangelizantur. et beatus qui non fuerit scandalizatus in me. Visis tot signis tantisque uirtutibus non scandalizari quisque potuit sed admirari. R. Docebit nos dominus uias suas et ambulabimus in semitis eius quia de syon exibit lex et uerbum domini de ierusalem. V. Ex syon species decoris eius deus noster manifeste ueniet. Quia.

In illo tempore. Secundum Mattheum.